UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Policratici Contenta

Johannes <von Salisbury, Bischof>

Parrhisius, 1513

Ca. iii. De militib[us] gloriosis q[ue] militie i[n]utiles sunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70332

Visual Library

quotidianiſq; cõuiuiis didiciſſe vt aquã biberẽt. vnde eos domi nus pre ceteris cenſuit eligendos. Si tamẽ interdum neceſſitas exigit vrbanos delicatioreſq; ad arma cõpelli ex quo primuꝫ no men dedere militie/laborare/decurrere/portare pondus: & ſo lem puluerẽq; ferre condiſcant/parco victu vtanf & ruſtico: in terdũ ſub diuo/interdũ ſub papilionibus cõmorentur/tũc demũ ad vſum erudiantur armoꝝ. Et ſi longior expeditio emergit/ in angariis plurimũ detinẽdi ſunt: ꝓculq; habendi ab illecebris ciuitatis. vt eo modo & corporibus eorũ robur accedat & aius. Nec inficiandũ eſt poſt vrbem conditam romanos ex ciuitate ſemp profectos eſſe ad bellũ. Sed tunc nullis delitiis fungeban tur ſudorẽ: curſu & campeſtri exercitio collectũ/ nãdi vſu iuuen tus abluebat in tyberi. Idẽ bellator idẽq; agricola: ſed gña tm̃ cõ mutabat armorũ. Quod vſq; adeo verũ eſt vt aranti quintio ci nomiaco dictaturã conſtet oblatã: quem trepida ante boues di ctaturã iduxit vxor: & ſua aratra domũ lictor tulit. Ex agris er go robur exercitus precipue ſupplendũ eſt. Vt enim ait neſcio quo pacto mortẽ minus timet qui delitiarũ minus nouit i vita.

De quintio ci nomiaco a ba ratro ad dicta tu rã ꝓuecto. ſ. i pñ. huiꝰ. c. Vegetius.

¶ De militibus glorioſis q̃ militie inutiles ſunt. Cap. III.

ERubeſcant forte milites glorioſi & qui traſonẽ comi cum potius vita & moribus q̃ profeſſione & nomine repreſentant. Hec armate militie munia que nõ tam (vt eis videtur) diſciplinã redolet militarem q̃ igno minioſe ſeruitutis anguſtias. In eo nãq; militarem cõſtare glo riam opinantur/ ſi nitidiori ſplendeant habitu. vt lineas ſuas veſtes ve ſericas ſic perſtinguant: & torqueãt vt quaſi cutem ce ruſatam aliis ve ſuccis obnoxiã/carni faciãt coherere: ſi grada riis equis inſideãt mollius/ſi calamiſtrati curati ve acteo nõ ce dant apollini/& delitiis ſint magis q̃ virtute preſignes. Eorum ſi forte cõſtruxeris aciem/caſtrũ thaidis q̃ hanibalis tutiꝰ expu gnabis. Quiſquis eorum in aula iactantior eſt/cuꝫ ad prelii diſ crimen acceditur: lacones duce ſãga turmatim premittet ad pu gnam/nouiſſimos preſidii cauſa ſubſequens cum funditoribus aliiſq; qui in hoſtem tela mittere eminus/manum conſerere vo lunt. Cum vero ſine vulnere & cicatrice quod frequentius eue nit domum redeunt/tunc exhauſta canũt prelia marte graui. Il lic eacides/illic tẽdebat achilles/& pingunt fluido pergama to ta mero. Et quiſquis mortes mille circa tẽpora ſua erraſſe glori atur. Exinde gloriam eorum ferre non poteris/fabula hec i an num centeſimum protelabitur. Filii quoq; qui naſcentur/& ex

urgent: enarrabunt filiis ſuis. Si haſtas aliquot quas admoduꝫ cauatas & fragiles/diligens inertia ꝓcurauit quis fregerit/ſi aurum miniũ colorve alius quocũq; ictu caſuve a clypeo excidit/ hoc garrula lingua ſi licuerit memoriale faciet in ſeculũ ſeculi. Iſti p̃mos recubitus habẽt in cenis/ & quicquid renatus noſter de re militari tradiderit. Epulãtur (ſi fortuna permittit) cotidie ſplendide/omnẽq; laborem & exercitationeꝫ quẽ nõ inuicibilis neceſſitas ingerit: cane & angue deterius fugiũt: & q̃cquid iminet difficultatis reiiciũt in ſubiectos. Interim clypeos ſic iaurãt ſic exornãt oĩa inſtrumẽta caſtrorũ/vt quẽlibet eorum nõ tã cultorem q̃ preſidem martis credas. Cuius iſtoꝝ aut clype⁹ detrahatur aut galea ſpolia eius ipſum martem poterunt honorare.

¶ Quarũ rerũ ſcientiam & exercitiũ oporteat habere milites. & ꝙ eis ociari non licet. & de auguſto qui filias ſuas fecit inſtitui lanificio. Caplm. IIII.

Egregie quidẽ ſcipio affricanus ſicut in libro ſtrategẽmatum iulius frontinus refert/cũ ſcutũ elegãti⁹ cuiuſdam vidiſſet ornatũ: dixit nõ mirari ſe ꝙ tãta cura ornaſſet in quo plus preſidii q̃ ĩ gladio haberet. Sed nec faſtũ illorũ preferre poteris: niſi fueris patientie grãdioris. Nã vt ineptias eorum non rideas: nulla modeſtia poterit cohibere. Quis octauiano auguſto felicior aut maior? filios & ſi nõ genuerit adoptauit/q̃bus & ſi ſufficere poſſet clarus ſanguis ad gl'iaꝫ & bona hereditaria magis ad copiam q̃ ad vſum/ea tñ diligentia inſtituti ſũt: ac ſi ſua retieri/vl' aliena acquiri nequaq̃ poſſint niſi p ꝟtutem. Eos ergo ad gradũ militarẽ & curſũ & ſaltũ fecit exercitari/vſq; natandi & ceſim & punctim feriẽdi & iaciendi miſſilia & lapides/manu vel fũda docuit: & qualr bellũ oẽ aut ſuſtineri debeat aut iferri. Nouit enĩ prudẽtiſſim⁹ & diligẽs ĩperator/q̃ quo ſemel eſt ĩbuta recens ſuabit odorẽ: teſta diu/&ꝙ nõ tñ celeri⁹: ſed etiã p̃fecti⁹ imbuũť q̃ diſcunť a pueris. Deĩde militaris alacritas: ſaltus & curſ⁹/ãte cõpãda eſt & tẽperãda q̃ corpus etate pigreſcat. Velocitas ẽĩ que p̃cepta/& firmata eſt exercitio ſtrẽnuũ efficit bellatorẽ. Nec multũ refert ſi cetera p̃bitatis inſignia cõcurrũt/p̃ceri ſint an ſtature breuioris. Vtili⁹ ẽ milites fortes eſſe q̃ grãdes. Delectori ſuo referť dixiſſe pyrr⁹. Tu grãdes elige: ego eos fortes reddã. Ad tumulum archemori dũ ludos ſolemnes grecia celebraret tideum capaneo preſtitiſſe precelebre eſt: quia maior in exiguo regnabat corpore virtus. De exercitio magni pompei memorat ſaluſtius ꝙ cũ alacribus

De ſcipione affricano ɔtra eũ q̃ nimis ornauerat ſcutũ

Auguſti laus

Pirri ordinatio in eligẽdo milites grandes.

De archemoro.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN